



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Laudis eius pleni erati cæli, Et glorie eius plena erat terra. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

ANNOTATIONES.

funis durissimus est, ubi summus tremor, & maxima desperatio est, tum inquit, misericordie reminisceris, ut succurras. Qui ergo ad eternam felicitatem anhelat, ille te sic agnoscere cogetur. Pijs solamen est, impijs non ferendum onus.

Deus ab Austro uenit, II
Et sanctus de monte Paran.
Sela.

Prisca nunc miracula, ceu in tabulam aut pannum, depingere, ordine adgreditur. Primum est, quod per pulum ex Aegypto, per desertum, in terram Canaan duxit, quod ab Austro, ad terram Canaan usque per tingit. Quom ergo cum populo Israel Deus inde perfringeret, recta ab Austro, ad Cananitas perueniebat, quos & percutiebat. At uero & que insigne miraculum erat, quod Israel ex Aegypto, per tot gentes, tot uastas solitudines pertransire, tot est terra sua populos eiecere ac propulsare deberent, atque fuit, quod est Babylone redimerentur. Attamen sic fiebat, suo tempore. Quod in scripturis Deus adpelletur Sanctus, cognitum esse fere, etiamnum deberet. Nam ubicunque is fuerit, illic etiam sanctificat. Quid sit Sela, alibi satis explicatum est, praeferunt Psal. 67.

Laudis eius pleni erant cœli, III
Et glorie eius plena erat terra.
I 4 Hoc est,

Cap. III M. LUTHERI IN HABACUC

Hoc est, huiusmodi opere efficiebat, ut undique terrarum, que sub caelo sunt, praedicaretur. Estque hic iterum Hebreæ obscuritas, que ita sonat, Laus eius cælum contigit, non superne, sed inferne. Nam Psalterium id quoque obtegit cælum uocat, quoniam nubibus obducitur. Est igitur etiam mens Habacuc. Adeo dense et fortiter laus Dei sub caelo undique intonabat, ut si nubes aut nebulae fuissent, cælum cooperiuissent, quod nos cælum inferiorem uersus partem, plenum dicimus. Et plane idem est, quod Moses ad Pharaonem ait Exodi. 9. Excitauit te, ut uires meas in te ostendam, ut nomen meum annuncietur in uniuersa terra. Iam et is Hebreæ linguae mos est, ut sic de caelo loquatur, ut multos cælos faciat. Nam cuique terræ suum cælum tribuit, id est, eam partem, quam quævis terra conficit, adeoque quod Mathematici Horizontem, ipsi cælum uocant. Vnde in dominica prectione dicimus, Qui es in cœlis, hoc est, in omnibus omnium terrarum cœlis seu horizontibus. Sic laus Dei in cœlis, qui supra ciuiusmodi regiones erant, sonabat. Et in quo cælo præconium eius erat, in ciuius cœliterra et gloria eius fulgebat.

III. Splendor eius ueluti lumen, fulgores a manibus eius progrediebantur, ibi clam uires eius latebant.

Inde manabat, quod cælum et terra laudis eius plena erant, Potentia enim eius, id est, regnum eius quidem